Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quod si dixerint ei tu solus es principes respondebit. Non tuli regionem
quę est super babylonem et chalanne ubi turris edificata est. tuli autem
arabiam et damascum et samariam; sicut has tuli sic omnia regna capiam.
Vlulate sculptilia in hierlim et in samaria. Sicut enim fecit samarię et
idolis eius sic faciam hierlim et simulacris illius. Primum sciendum quod in
hebraico non habeat chalanne sed chalanno. Vltima enim nominis huius
littera non est eth ut illi putauerunt sed uau quę littera sola uim
se distinxit magnitudine. Turris autem edificata est in campo sennaar.
in quo erat arte acad et chalanne et babylon quę ex effusione lin
guarum nomen accepit. Arabia autem non habet in hebreo sed emath quam
syri usque hodie epephaniam uocant. Vlulare quoque sculptilia in hierlim
de suo addiderunt. Quod superscriptum est et si dixerint ei tu solus es
principes respondebit non tuli regionem illam et illam sed tuli arabiam et da
mascum et samariam hunc suggerit sensum. Cum igitur dixerint assyrio
qui capti sunt tu princeps es omnium ille adhuc infirmum esse se sen
tiens respondebit. Quomodo me uocatis principem cum tantum arabiam
et damascum et samariam ceperim et longe positas nationes trans
babylonem necdum meę subdiderim potestati. Quomodo autem arabiam
cepi damascum et samariam sic omnia mihi regna substernam. Transeamus
ad hebraicum et quod nobis uidetur breuem adnotemus. Ve assyrio idem
sennacherib quia ipse est uirga et baculus furoris mei. In manu
eius indignatio mea et pullum pecuniam gentem fallacissimam quę imi
me semper idola claudicauit quę pecpta mea se facturam esse men
tita est et contra populum furoris mei ipsi percipiam ut spoliet eum atque
predetur et redigat in puluerem et conculcet quasi lutum platearum
idem ut percutiat eum et non uiuificat ut uulneret et non animam auferat.